Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

neq: luctus neq: clamor: neq: dolor: erit vltra que
prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno.
Ecce noua facio omnia. GRE. Locus iste a deo factus est
inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. ℣. Deus in altari
angelorum chorus exaudi preces seruorum tuorum. Alla. ℣. Dilexisti
iustitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus. ℣. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Supplices nos tuos adiuua. ℣.
Qui nos saluos gratia. ℣. Nostra delens peccatorum. ℣. Perducat dominus ad gaudia. ℣. Illuc nos perducat diuina gratia ut celestem ciuitatem
Dilatat celestia mira illibata et vigo sine ruga. Sequentia
Nouum hymnum celestis Et domus aulae celestis probat partes
Tu laudem regis celorum et carminibus Et lumine continuo
Tu laus auitatem sine tenebris Et corpora in gremio confouens
amoris que in celo viuunt Quam dextera protegat dei Alleluia
deum pius dominus Hic nouam prolem gratia peperit fecunda spiritus sancti
Hugelt aures visitant hic suos et corpus simul cum illis Fugiunt
omnia corporis nocua Pereunt peccatorum amore anima Hic
vox letitiae personat Hic pax et gaudia redundat Hic domus
mundata laus et gloria semper resplendet Secundum Lucam: In
illo tempore: Ingressus iesus: perambulabat iericho
Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanorum et ipse diues. Et quaerebat iesum videre
quis esset: et non poterat pre turba. quia statura
pusillus erat. Et praecurrens: ascendit in arborem sycomorum ut videret illum: quia inde erat transiturus
Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit
illum et dixit ad eum. zachee festinans descende: quia
hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans
descendit et excepit illum gaudens: et cum viderent
omnes murmurabant dicentes. quod ad hominem

peccatorem diuertisset